

para fecun  
da apat  
docilitat

Horum igitur Deo odibilem ecclesiam euertere, atque ora oppilare, ne uirus nequitia in alios effundere queant, & lucernam ueritatis in candelabro exaltare uolentes, in labore multo, ac sudore hoc uolumen Deo praestante, compegimus ex testimonijs ueritatis in aeternum fundatis, in quatuor libris distinctum. In quo maiorum exemplarum doctrinamque reperies, in quo per dominicam fidei sinceram professionem, uiperem doctrinae fraudulentiam prodidimus, aditum demonstrandae ueritatis complexi, nec periculo impiae professionis inserti, temperato inter utrunque moderamine utentes. Sic ubi uero parum uox nostra insonuit, non a paternis discescit limitibus. Non igitur debet hic labor cuiquam pigro, uel multum docto uideri superfluis, quum multis impigris multisque indocis, inter quos etiam & mihi sit necessarius, breui uolumine complicatas patrum sententias, appositis eorum testimonijs, ut non sit necesse quaerenti, librorum numerositatem euoluere, cui breuitas quod quaeritur, offert sine labore. In hoc autem tractatu non solum pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero, maxime ubi profunda uicifatur ueritatis quaestio, qua utinam tot haberet inuentores, quot habet contradictores. Vt autem quod quaeritur facilius occurrat, titulos quibus singulorum librorum capitula distinguuntur, praemisimus.

Tertia p  
reddat  
tentos.

Autoris  
humilitas

*Expositio prologi huius libri sententiarum, Auctore Dionysio Carthusiano.*



Vic totali libro Magister praemittit prologum suae proegium. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit causas ipsum mouentes ad compilandum hunc librum, cum ait: [ Cupientes. ] In secunda tangit causas rerahentes, ibi: [ Sed terret nos. ] Prima in tres, secundum tres causas, quae cum mouerunt ad aggrediendum hoc opus. Partes patebunt in expositione. Itaque ait: [ Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra, cum pauperula in gazophylacii domini mittere ardua scandere, opus ultra vires nostras agere praesumpimus ] id est, nos cupientes aliquid id est, modicum quid [ mittere ] id est, offerre [ in gazophylacium dñi ] id est, in repositoriū oblationum tēpl̄i Dei [ cum pauperula ] id est, sicut obtulit uida illa egenā, q̄ in euangelio legit̄ duo ara minuta mississe in gazophylacium. mittere in q̄ [ de penuria ac tenuitate nostra ] id est, ex parua nra scia & exili ingenio. Penuria autē proprie appellat defectus exterioris substantiae, unde transferit hic ad defectū scia acq̄tē. Tenuitas uero, pprie d̄r defectū substantiae interioris, sicq̄ trāsferit hic ad defectū ingenij. Circa haec scribit Alberus. Gazophylacii d̄r theca diuitiarum, & signat hic studiū sanctae ecclesiae, in qua doctores reposerunt suos libros. Eratq̄ apud veteres triplex gazophylacii, quorū vnū uocati est musae, qd̄ erat ad oblationes regū, de quo habet 4. Regum, q̄ Achaz musae sabbati & ingressum regis exterius cōuertit in tēplum dñi pp̄ regē Assyriorum. Secundū est dictum corbona, qd̄ erat locus & repositorium donariorū ferdorom, de quo habet apud Matthēū. Non licet eos mittere in corbonā. Tertiū cōi nomine uocat gazophylacium, de quo Lucas: Respiciēs Iesus eos, q̄ mitebant munera in gazophylacium &c. Alij aliter dicunt, eo n. quod legit musae sabbati, dicit q̄ in illo reponerant oblationes festiuae. Et q̄ corbonā Hebraice sonat uotum, dicunt q̄ in illo ponebant oblationes uotiuae, in gazophylacio aut̄ sponanea. Cupientes est scandere ardua ] id est, intelligere alta, eleuando intellectum ab inferioribus & terrenis ad spiritalia, immaterialia ac diuina ] prae-

sumpsimus agere opus ] id est, librum istum cōponere [ ultra vires nostras ] id est, supra id quod ex proprijs & humanis potuimus uiribus, hoc est, ultra vires naturae, non gratiae. Ideo subditur [ consummationis fiduciā ] id est, spem complendi tantum opus [ la borisque mercede in Samaritano staturus ] id est, ponentes in Christo p̄ Samaritanum significato, vt patet in parabola euangelica, ubi fertur Samaritanus esse miserus vulnerati. Vnde subiungitur, [ q̄ prolatis in curatione semiuui duobus denarijs, superoganti cuncta reddere professus est ] id est, p̄mittit ei cui commisit curā laesi, restituere quicquid exponeret pro curatione illius vltra duos, quos ei dedit, denarios. In quibus uerbis per Samaritanum intelligitur mundi saluator: per semiuui, genus humanū a demonibus sauciātū, vt pote gratuitis polliatū, atque in naturalibus laesum. Cuius medela commisit saluator pastoribus, quibus dedit duos denarios, id est, vtriusq̄ testamenti scripturas, promittens eisdem praemium copiosum pro laboribus et doctrinis, quibus mererent animarum languoribus. Sed p̄ haec obijci pōt. Quamuis n. Magister pro eum istud libro huc praefouit, tamen (vt patet ex prologi huius tenore) ipse fecit huc prologum libro isto completo. Cum ergo hic liber sit magnas res, munus praclarum, oblatio opulenta, non vt, q̄ exhibendo hunc librum, misit modicum cum pauperula in gazophylacium Dei. Praeterea, Magister fuit vir valde ingeniosus & literatus: non ergo ait vera ceter, de penuria & tenuitate nostra. Et respondendum, q̄ Magister ex humilitate sic loquit̄, & nihilominus vera sunt uerba ipsius: qm̄ oīs scia, omnis ingeniositas uerborum, oblatio opulenta, non vt, q̄ exhibendo hunc librum, misit modicum in intelligentia atq̄ scie Beatorem, potissimē Dei. Vnde ait Apostolus: Soli sapiēti Deo. Et Ieremias, Stultus factus est oīs homo a scientia sua. Salomon quoq̄; Stultissimus, inq̄; sum uirorum. Imō vt Plato differuit: Ea q̄ scimus, minima sunt respectu eorū, q̄ ignoramus. Cōformiter, q̄ qd̄ homo pōt Deo offerre, p̄modicū est cōparatione infinitae honorabilitatis, maiestatis, & excellentiae Dei; sicut est honorabilitatis penitus infinitae, sic dignus est immēso honore, a cuius exhibitione oīs creatura deficit infinitē. Obijcietur quoque contra id, quod ait ardua scandere. hoc quippe uidetur illicitum, cum dicit Apostolus, Non altum sapere, sed time. Et rursum, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Salomon quoque, Quid necesse est hominī maiora se q̄rere? Et

Luc. 21.

Luc. 21. Mat. 12.

Alberus Gazophylacium triplex erat apud Indicos.

4. Reg. 16.

Mat. 27.

Luc. 21.

chorban

Luc. 16.

Samaritanum significat.

Obijciē

Respōsio

Rom. 6. Iere. 10. Prou. 26. Plato.

Obijciē

Rom. 11. Rom. 12. Eccl. 7.